

98  
memoria mortis

homines in tpe malo id canit in ecclesia. Emendemus in melius quod ignoranter peccauimus. Quarto timenda est mors propter malorum occurrerem. Peccata enim propria et demones occurrunt morientibus. Deuter. xxxij. Occurrunt vobis mala in extremo tpe. Exemplum de milite qui vidit peccata sua scripta in morte coram se apporari a demonibus. ysa. lxxvij. Occurrunt demonia. Lxxvij. Quid facies o anima cum relictis omnibus quondam iocunda possessio tamen gratia aspectus. sola in gredieris in regione penitentia ignorantia rugientibus preparata in escam. Quis tibi in die tace necessitatis occurret. Quanto timenda est mors quia amara peccatori. Eccle. xliij. Mors est amara est memoria tua homini in multo. Intra et in loca ubi nouit omnia sibi auferri. Job. xxvij. Diues cum dormierit nihil secum auferet. aperiet oculos suos et nihil inueniet. Apprehendet eum quasi aqua inopia. Ut dimitte epulone qui non potuit habere guttae aque. Sed boni mortem desiderant cupientes liberari de carcere corporis. Apoc. viij. Intra ego homo quis me liberabit de carcere. et de carcere mortis huius. Sicut captiuus liberatus est pistorantes se tenet ad ostium carceris. Et canis inclusus tenet se ad ostium ululans et clamans. Sic iustus ad ostium sui carceris se tenet et meditat. Ecclesiastes. viij. Cor sapientis ubi tristitia. Amatores vero vite penitentis sicut talpa profunda infigunt rumentes auellit de carcere corporis sui. Tunc dicit Job. xxvij. quod auellet de tabernaculo fiducia eius. Exitum carceris timet qui si ignarus est latrocinio. in peccato in peccata. quia talis non expectat egressum corporis sui nisi infernale patibulum. Job. xxij. Ad diem poterit seruari in alio et ad diem ultionis adducet. Ut illis qui circa egressum carceris sui non prouident. et omnes expensas ponunt in reparatioe sui corporis ruinosi. Inmitem supra domum suam et non stabit fulciet eam et non subsistet. Job. vniij. Supra domum suam inmitte qui de inuenture vel fortunadine prouidit. fulciet eam cibus et medicinis et alijs ammuniculis et non stabit. Ifatuns dicitur reputari ille qui alienam domum fulciet et reparat in qua habitabat. et de qua cito expellet. et propria domum. scilicet celestem prouidit cadere. Ubi ij. Cor. v. Si domus nostra huius beatitudinis dissoluatur. habemus domum non manu factam sed eternam in celis.

De Memoria mortis:

ota memoria mortis valet ad multa. Primo ad suam humilitatem. Ubi antiqui volentes se humiliare ponunt cinerem super capita sua in memoria mortis quia cinis est futuri. id dicitur est homini. Deinde memento quia cinis es et in cinerem reuerteris. Eccle. i. Quid superbis terra et cinis. Paulo visis penitentis superbit et tota cauda extendit. et visis pedibus deponit. sic homo visio sine suo se humiliat et premit. Hiero. facile premit omnia que se sperat cogitat mortuorum. ps. Sciatis gentes quam boies sunt. i. mortales. Ite solebat esse consuetudo imperatorum quod quando electi erant. prima die coronandis veniebat latro sceleris quoniam vel tres petras marmoris diuersorum colorum dices. Utrum dominus imperator te quo genere marmoris velit sibi fieri monumentum. eo quod homo mortalis est. et habeat mortem in memoria et humilitatem. Et etiam quod papa habet se in loco qui frequenter peruersat lectum pape defuncti ut eo visio recordet finis sui et humilitatem. Ite Jobes patriarcha fecit sibi sepulchrum imperfectum. et in magnis sollemnitate. cum erat in loco honoris constituit quondam qui ei dicebat. domine in perfectum est sepulchrum tuum. iube illud perfici. quia nescis quid hora sur veiet.